

¶ * * ¶ * * ¶

I

ΠΑΛΑΙΟΔΟΓΙΑΣ THERAPIAE
SPECIMEN XIV.

DE

DIVRESI CRITICA

P R A E S I D E

D. IOANNE ERNESTO HEBENSTREIT

THERAPIAE P. P. FACULTATIS MEDICAE DECANO.

LIPSIAE DIE XVIII. IVLII MDCCXLIX.

IN AVDITORIO MEDICO

HORA X. AD XII.

DISPUTABIT

IOANNES GEORGIVS KAYSLERVS,
PEGAVIA MISENENSIS.

¶ * * ¶ * * ¶

Quemuis addicta adeo legibus conualefcendi non sit
natura, vt certos humores noxios, adscriptis vni-
ce huic fini organis expellat, vtque diuersi morbi
diuersis iudicentur emunctoriis, quin liberum hoc sit, inque
principii necessitatibus corporum prospicientis arbitrio pos-
tum maneat, vias salutis, vti hominis idiosyncrasia fert, eli-
gere, ac vni colatorio alterum substituere; sunt tamen in
morborum ordinatorum decursu, humorum singulares versus
colatoria singularia destinationes, quae, post vasorum dire-
ctiones et materiae variam aptitudinem, a spirituum anima-
lium impetu dependent: Proinde etiam *serum* sanguinis et si
quae huic insunt alia sanguinis principia, siue quantitate siue
textura viciata, familiari aliquo, vt fordes suas emungant, vtun-

A tur

14

tur diuerticulo, *renibus*, postea, cutis emunctoriis. Sero tamen flauo et succis maiori minimorum mole constantibus, et propterea cuti non respondentibus, prae ceteris dedicantur renes, vt proinde serum ad se allicere ^{a)} totumque corpus, ab humorum illuvie liberare ^{b)} dicti sint veteribus, inter quos **G A L E N V S**, vti multa sapienter, ita etiam hoc dixit, cordis atque arteriarum actione, serum sanguinis, et fano et aegroto homine, ad renes proiici. ^{c)} Est propterea vrina sanguinis quedam proluuies, cum qua, eiusdem, hinc etiam solidarum quandoque partium vitia, funduntur, vnde factum esse arbitror, quod vrinæ τὸ χῦμα ^{d)} a veteribus graecis appellantur, quarum propterea maxima vis est et efficacia, nocentes humores quosuis depellendi, dum aliorum saepe emunctiorum vices, renes gerunt, simulque varia illa tempora significandi, intra quae, *vis vitae*, sua illa causas superandi contentionem, vel proficit, vel subsistit, vel succumbit. ^{e)} Id quod quamuis in omnibus fere morbis criticum sit, quo cum vrinis expellantur turbida, quae renum tubulis respondent, Februm tamen per suas aetates prouectarum in-

doli

a) Τῶν νεφρῶν ἐνέργεια τὸ διακρίνειν καὶ δηθὺν τὸ δόρρωδες ὑγρὸν ἀπὸ τῆς ἀιματος: **G A L E N V S** de Renum morbis.

Χρήσις τοῖς νεφροῖς τὸ ἔλκειν τὸ δόρρωδες περίττωμα. **G A L E N**. de Renum morbis.

b) Ἡ φύσις ἐκκαθαρίζει διὰ νεφρῶν τὰ τῆς παντὸς σώματος περίτταματα. **G A L E N V S** Comm. ad **H I P P**. Aph. Se^{ct}. IV.

c) Φέρονται ἀπὸ τῆς καρδίας ἀρτηρίαι εἰμβαλλόνται δόρρωδες περίττωμα (τοῖς νεφροῖς.) **G A L E N**. de Renum morbis.

d) Οὐρευ καλῶ τὸ χῦμα παρὰ τὸ κεχύθιον. **G A L E N V S** de Vrinis.

e) Ὁταν τὸ χῦμα ἔπεψεν ἡ φύσις ποτὲ δὲ ἔτι, μάχην διηλοῖ τῆς φύσεως πρὸς τὸ νόσημα, κακῆθεν ποτὲ μὲν ἀπεπτον ποτὲ δὲ: **A E T I V S** Tetrabibl. I. Tract. V. n. 9.

Renum efficacia, separare et dividere serofum fluidum a sanguine.

Vsus renum, attrahere serosam superfluitatem.

Natura renibus expurgat totius corporis superfluitates.

Feruntur a corde arteriae, defrentes serosam superfluitatem ad renes.

Vrinam voco τὸ χῦμα, a fundendo.

Quando vrinam coxit natura, quandoque non, pugnam hoc indicat naturae cum morbo, hinc aliquando cruda est, aliquando minus.

doli conuenientius esse, vt illae potissimum vrinis iudicentur, experientia docet, ratio non repugnat.^{f)} Ne autem, agyrtarum more, leuibus coniecturis innixi, lubrica incertaque ac vaga diagnosi et prognosi, de vrinarum significandi valore sentiamus aut eloquamur, oportet nos Vroscopiae solida quaedam ac secura fundamenta stabilire. Duo sunt, quae in vrinarum contemplatione conspici vult GALENV^S, *consistentiam et colorem.*^{g)} Sunt tamen et aliae earum conditiones, quarum consideratio medicum ad mutationum criticarum cognitionem deducere valent, fluendi modus, sensus aegroti, tempus, et alia.^{h)} Quod consistentiam attinet, ad conceptus de diaphano, vnice illa reuertitur, et a tenuitate, quae cruditatis causaeque immotae ac pertinacis signum est, ad crassum turbidumque, sensim excurrit,ⁱ⁾ quod separationem morbidi a fano indicit, *coctumque* appellatur.^{k)} Quae inter vtramque media est, consistentia, subturbida et opaca, veluti naturam in opere suo progredi, et humores in eo nunc esse, vt coquantur,^{l)} significat, ita praecoci perturba-

f) Ἐπὶ τῶν πυρεπτικῶν μάλιστα νοσημάτων ἡ ἐκ τῶν θρων σημάσις χρησιμωτάτην καθέτουν: AETIVS Tetrab. I. Tract. V. a2.

g) Δύο χύματος διαφοραι, τὸ μὲν σύστατις τὸ δὲ χρόνια: GALEN. de Vrinis.

h) Τέσσαρας ζυτέμεν εὐ τῷ παρυφιταμένῳ χρῶμα τε καὶ τρόπου, σύστατιν τε καὶ χρόνον. GALENV^S de Vrinis.

i) Ἡ σύστασις διαιρέται ἀς λεπτότητα, παχύτητα καὶ τὸ ἐξ ἀμφοτέρων σύμμετρον. GALENV^S de Vrinis.

k) Ἡ πέψις παχύνει τὴν σύστασιν: GALENV^S de Vrinis.

l) Τὸ ἀνοσολόγουν διγοῖ τὴν φύσιν ἔρχεται πέττειν. GALEN. de Vrinis.

In febrilibus maxime morbis ex vrinis est significatio.

Duae Vrinae differentiae, altera consistentia, altera color.

Quatuor sunt, quae quaerimus in vrina quae mutari incepit, colorem, modum, consistentiam, tempus.

Consistentia diuiditur in tenuitatem et opacitatem et id quod ex vtroque mixtum.

Coctio incrassat consistentiam.

Quod turbari incipit lotium, indicat, naturam nunc in eo esse, vt coquat.

A 2

turbatione laudabilior est.^{m)} Quaecunque autem consistencia isthaec fuerit, coloresⁿ⁾ secum affert, quorum singulus causae suae praesentiam in sanguine, bilem,^{o)} fales, putridum, aliq., significat: Quo plus ergo, in negotio suo ad salutem hominis directo, natura proficit, eo, in vrinis, rei mucidae vel turbidae plus est; ab initio, si ordinatae febres sunt, nec corruptae, apparet nubecula, res superficiei propior,^{p)} non autem summa, siquidem ea quae superficiei innatant, pingua, sinistri plerumque sunt ominis:^{q)} haec febris vigorem designat.^{r)} Abhinc *enaeorema* est, mucida res, grauitate sua fundum magis petens, alba et aequalis, in globum collecta, praestantior^{s)} illa, quae diffusa et laxior. Tandem grauia

m) Τὸ μὲν ψυχρούν ὥρον καὶ μετρίως παχὺ πάντων ὥρων ἔσι κάλλιστον. **GALENVS** περὶ τῶν τῆς ὅλης νοσήματος καὶ πάντων. Μόνου ἐν ὥρον ἔσιν ἀμεμπτον, ὅπερ ὃν ἡ κατὰ μὲν τὴν χρόνου ὑπωχρον μετρίως κατὰ δὲ τὴν σύστασιν σύμμετρον: **GALENVS**

Comm. 2. in Libr. 2. Progrh.

n) Πρῶτον ὥρον τὸ λευκὸν, ἄτα τὸ ὁχρὸν, ἐγγὺς τῷ λευκῷ, ἐφεξῆς δὲ τύτων τὸ πυρὸν, τέταρτον δὲ τὸ ξανθὸν μετὰ δὲ τύτων ἔσι τὸ ἐρυθρὸν, συνέγγυς τῷ μέλανος. **GALENVS** de Vrinis.

o) Πυρᾶ μὲν καὶ ὑπέρυθρα καὶ ἐρυθρᾶ ὥρα, ἀιματικὴ ἀιμάζοντος χυμὸς μᾶλλον, ὥρα ξανθὰ δὲ τῆς τοιαύτης χολῆς. **AET. II. 17.**

p) Νεφέλαι δὲ ἐν ὥροισι λευκαὶ καὶ πάτω, λυσιτελέες. **HIPP. Coac. Praen.**

q) Τὰ πρὸς τὴν ἄνω ἐπιφάνειαν τῆς κυματος. **AETIVS** Tetrabibl. I. Tract. V. κ. 9.

r) Οὐραὶ λεπτὰ ὑπονέφελαι ἐν μέσῳ ἐρεύμενη ρῆγος σημαίνει. **HIPP. Coac. Praen.** Νεφέλη πέψιν σημαίνει ἀκυδράν. **GALEN.** de Vrinis.

s) Μετεωρίζεσσα ὑπόσασις κατὰ τὸ μετουποῖτο καλύμενον ἐναιώρημα: **AETIVS** Tetrabibl. I. Tract. V. κ. 8.

Vrina sanam colore referens et modeste crassa, omnium vrinarum optima.

Vna saltim vrina inculpata, quae fuerit colore subfulua parum, et consistentia mediocris.

Prima vrina alba, deinde flava prope ad album, exinde rufa, quarto fulua, hinc rubra prope ad nigrum.

Rufa et subrufa vrina a sanguineo morbi adolescentis succo plus est, fulua autem, ab eiusdem coloris bile.

Nubeculae in vrinis albae et descendentes, proficuae.

Quae ad superficiem sunt fluidi vrinalis.

Vrinae tenues, nubilae, in medio obscurae, horrorem significant. Nubecula coctionem significat obscuram.

Eleuata subsidentia iuxta medium, facit enaeorema.

grauia sanguinis ramenta, prouectiore morbo, fundum petunt, quod sedimentum est. Proinde Vrinarum apparitiones, aetatibus morbi et viribus naturae aequivalent:^{t)} Videas equidem haud paucas febres continuas aequae ac intermitentes, hosce vrinae modos haud seruare, quibusdam, ex quo nebula apparet, quibusdam, ne hac quidem apparente, sed lotio saltim saturatius tincto, solutis,^{u)} quod partim febris ipsius,

Τὸ λευκὸν καὶ λέον καὶ ὄμαλὸν ἐναιώρημα πάλλισον ἔσιν. GAL. Comm. 2. in 2. Libr.
Prorr. Hipp.

t) Πρῶτα μὲν ἐπιφανεῖ νεφέλη, ἔπειτα ὑποκαταβάντα ποιᾷ τὸ ἀναιώρημα, ἐπὶ τέλει δὲ ὑπαφανίζεται ἐν τῷ πυθμένι τῷ ἀγγέλῳ ὑποχωρῆ: GAL. de Vrinis.

Ἐφόσον γὰρ ἔχει τὸ πνεῦμα μερίζειν καὶ μετεωρίζειν τὴν ὑπόσασιν ἢ ἐναιώρημα, ἢ νεφέλην, ἐπὶ τοσῦτον ἀπεπτότερον νόμιζε τὸ ὕρον, εἰ δὲ μήτε ὑπόσασιν, μήτε ἐναιώρημα, μήτε νεφέλην ἔχει τὸ ὕρον, ποτὲ μάχην διλοὶ τῆς φύσεως πρὸς τὸ νόσημα. AETIUS Tetrabibl. I. Tract. V. n. 6.

⁷Οὐροὶ ἄριστον τὸ ὑπόξανθον καὶ ὑπόπυρρον λευκὴν καὶ λέαν καὶ ὄμαλὴν τὴν ὑπόσασιν ἔχον. τὰ λεπτὰ τῇ συσάσει ὕρα τὴν τῶν χυμῶν σημαίνει ἀπεψίαν, ἔδει δὲ καὶ ἐμφράξεις φαίνεται τὰ τοιαῦτα τῷ σίου διῆλιζεθαι τὰ δὲ ἀν παχυτέροι, ἐπιχειρημένοι μὲν τῇ πέψῃ τῶν χυμῶν τὴν φύσιν μέπο δὲ κεκρατικένοι, καὶ διὰ τοῦτο ἀυτὸς ἔτι δρυγᾶν: Καὶ τὰ μὲν πρὸς τὸ λευκότερον ῥέποντα τῶν χρωμάτων ἐλλάπειν τὴν φυσικὴν θερμὴν σημαίνει, ὡς καὶ τὰς χυμὰς ἐντεῦθεν ἐλλειπῶς πέττεθαι. AETIUS Tetrabibl. I. Tract. V. n. 6.

ficere calorem naturalem indicant, ut proinde succi imperfekte coquantur.

u) Ἐπὶ δὲ τῶν ἀκριβῶν τριταῖν καὶ τῶν ἐφημέρων νεφέλη μόνη ἔρχεται πρὸς λύσιν τῆς νοσήματος, ἐνίστε δὲ καὶ τὸ ἔυχρον γενέθλιον μόνον τὸ ὕρον: AETIUS Tetrabibl. I. Tract. V. n. 6.

Album laeve et aequale illud sublimme, optimum est.

Primum quidem apparet nubecula, deinde descendens facit enaeorema, tandem dissipata, in fundo vasis subsidet.

Quantum ergo valet spiritus diuide-re et leue reddere, id quod subsidet, aut in medio suspensum est, aut superstat, tantum crudiorē esse puta vrinam, si autem nec sedimentum, nec medium rem, quae enaeorema dicitur, nec nubeculam habeat vrina, luctam indicat naturae cum morbo.

Vrina optima subflava et subrufa album et leue et aequale sedimentum habens, tenues autem consisten-tia vrinae humorum significant cruditatem aliquam, aliquando tamen est et infarctus: Indicant istae dum veluti defaecantur iterumque cras-fescunt, tentare equidem naturam coctionem humorum, nondum autem vicisse, eosque propterea ad-huc feruere, et quantum ad illas quae ad album vergunt colorem, de-proinde succi imperfecte coquantur.

In exquisitoribus tertianis et ephemeris, nebula sola sufficit ad solutionem morbi, aliquando etiam, saturatiorem factam fuisse vrinam sat est.

A 3

6 D E D I V R E S I C R I T I C A.

ipsius, si ita eueniat, indoli ac simplicitati bonisque moribus, partim aliis concurrentibus salubribus excretionibus ^x) tribuitur. Non tamen admodum secura est ista conualescendi ratio, quae sine solemini, illoque, qui ex natura morbi fluit, motu critico, absoluatur, multo minus habet, de quo sibi gratuletur, aeger, si sincerum mingat lotium, quod cruditatis ^y) est, nec illud semper optabile, dum sedimentum ponitur oxyus, si symptomata simul haud mitescunt, ^z) sed veluti in omnibus negotiis gerendis successiones ordinatae laborum, tumultuariis expeditionibus plus magisque laudari conuenit, ita praestantius omnino est, vrinas sensim coqui per que varios opacitatis gradus ad turbidum procedere ^a) ut grauis quaedam res ^b) quaecunque sit, fundum vroscopi petat, quod $\pi\sigma\tau\alpha\sigma\tau\iota\varsigma$ seu sedimentum dicitur. Est autem alia atque alia istius sedimenti facies. Laudatur album, illudque non lateritium, sed mucidum ^c) continuum, nec diuulfum

ac

^x) Οὐφον ὀμὸν πλήσαντες χρόνον γινόμενον τῶν ἄλλων σωτηρίων ἔόντων. HIPPOCR. Coac Praenot.

^y) Ἀπεπτον ὕρον ἔτι, ὃ μήτε ἐναιώρημα μήτε ὑπόσασιν ἔχει μήτε νεφέλην, ἄλλα μήτε πάχος τι προσειληφός ἢ ἀχρότητι, λευκόν τε ἔτι τῇ χροῖᾳ οὐχὶ λεπτὸν τῇ συστάσει, καθάπερ ὕδωρ. Ib.

^z) Τὰ πέπονα κύρια ὅταν μὴ λύει τὴν νεσούς ἐκ ἀγαθόν ἔτι σημῖνον: GALENVS Comm. 2. in Libr. 2. Progr. Hipp.

^a) Ἐπὶ μὲν τῶν τῶν χριτῶν ὕρων πρῶτον μὲν ἐπιφαίνεται νεφέλη, ἐπειτα ὑποκαταλαμβάνουσα ποιῶν τὸ ἐναιώρημα, ἐπὶ τέλει ὑφιζάνεσσα ἐν τῷ πυθμένι τῇ ἀγγέῳ ποιῶν τὴν ὑπόσασιν δῆλον ὅταν τελέως πεφύῃ. AE-TIVS Tetrabibl. I. Traet. V. λ.

^b) Ἄποσάσσεις τῶν ὕρων ὀμοὶ ἐν τοῖς ὕροις συνεκρυπτομένοι χυμοὶ. ACT. II. 17.

^c) Τὸ δὲ ὕρον ἀριτόν ἔτι ὅταν ἡμὶ λευκὴ τε ἢ ὑπόσασις καὶ λείη καὶ ὁμαλὴ παρὰ πάγια τὸν χρόνον ἔστι τὸ ἔν κριθῇ ἢ νεσοῦ,

Vrina crudæ diu esse potest, signis reliquis salutaribus.

Cruda vrina est, quae nec enaeorema nec nubeculam nec crassitatem aliquam aut obscuritatem accipit, sed alba est colore et tenuis consistentia instar aquae.

Coctæ vrinae, si morbum non soluunt, non bonum sunt signum.

In optimis vrinis primum apparet nubecula, deinde subsidens facit sublime illud, denique subsidens in fundo vasis, facit sedimentum distinctum quando perfecte cocta fuerit.

Sedimenta vrinarum (sunt) crudi in vrinis simul excreti humores.

Vrina optima, quando album fuerit et laeve et aequale omni tempore sedimentum, donec iudicatus

σημεῖον

ac fluitans; ^{d)} secunda est lateritii illius rubraeque arenae similis, dignitas. ^{e)} Qualemque autem sit illud, suis adscribitur, ut opportunum sit ac fidum, temporibus. In absolutoribus ac puris, continuis, febribus, ordinem Hippocraticum, quo ille vrinas turbari vult ^{f)} seruari, plerumque intelligas. Saepe tamen, et praecocius apparentia sedimenta prosunt, ^{g)} propterea, quod breuis fortasse febris fuerit. Est etiam in sedimentis vrinarum quaedam vicissitudo, febribus equidem intermittentibus domestica, quae post paroxysmos turbant lotium, deflagrante aestu fuluum habent aut aliud, pro sudoris et potus rationibus varium ac diaphanum, ast in continuis non laudanda, nam diuturnitatem innuit ^{h)} veluti etiam

σημαίνει γὰρ ἀσφάλειάν τε γιγίνεται οὐλή γοχρόνιον ἔσεσθαι. HIPP. Prognost.

Οἷσιν λευκὴν ὑπόσασιν τὸ ὄφρον ἵχει ἐν τῇ τετάρτῃ, λύσιν ἐν τῇ ἑβδόμῃ σημαίνει. HIPP. Coac. Praenot.

Πυρετώδεα γονοειδέες θρήσιες λύσι. HIPP. Coac. Praenot.

d) *Λᾶκαν ὑπόσασιν καλῆ ἱπποκράτης τὸ συνεχὲς καὶ ἀστάστατον:* GALEN. de Vrinis.

e) *Ἐι δὲ ἡ τό, τε ὄφρον ὑπέρυθρον καὶ ἡ ὑπόσασις ἀυτές διοιη καὶ λίη, πολυχρονιώτερον μὲν τῦτο τῷ πρώτῳ γίνεται, σωτύριον δὲ κάρτα.* HIPP. Prognost.

f) *Τὸ δὲ ὑπέρυθρον καὶ τὸν ὑπόσασιν ἔχον ὑπέρυθρον (ὄφρον) πρὸ μὲν τῆς ἑβδόμης γενόμενον ἑβδομάδιον ἀπολύει, μετὰ δὲ τὸν ἑβδόμην χρονιώτερον ἡ πάντως χρόνιον, τὸ δὲ ἐν τετάρτῃ λαβθὸν, ἐπινέφελον ὑπέρυθρον, ἑβδομάδιον ἀπολύει κατὰ λόγον ἔχόντων (τῶν λειπῶν.)* HIPPOCR. Coac. Praen.

g) *Οἶσι ὄφρα ταχέως ὑπόσασιν ἵχει, ταχέως ἔτοι κρίνονται.* HIPP. Coac. Praen.

h) *Ἐι δὲ διαλύπτοι καὶ ποτὲ μὲν καθαρὸν ὄφεοιτο, ποτὲ δὲ ὑφίσαται τὸ λευκὸν καὶ*

fuerit morbus, indicat enim assiduitatem et morbum breuem fore.

Quibus album sedimentum vrina tenet quarto die, solutionem septimo significat.

Febriles motus geniturae similes vrinæ soluunt.

Laeue sedimentum vocat Hippocrates continuum nec diuulsum.

Si autem fuerit vrina subrufa et sedimentum eius simile et aequale, longius equidem hoc, priore, tempus significat, salutare tamen valde.

Subrufa autem et sedimentum subrufum habens vrina, quae ante septimum diem fit, intra septiduum soluit, verum, post septimum, diuturniorem fore vel omnino diuturnum (fore morbum indicit) quae autem quarto die accipit consistentiam nubilam et subrufam, intra septimum diem soluit, ceteris paribus.

Quibus vrinæ subito sedimentum tenent, subito hi iudicantur.

Si autem intermittat (vrina) et aliquando equidem pura mingatur,

λᾶκον,

etiam illud attendendum est quam curiosissime; vtrum, ex quo vrina fluxit, turbida appareat, maneatque talis, quod grauitatem morbi designat, vtrum, turbida, deinde sedimentum ponat et desuper pelluceat, quod benignius; ⁱ⁾ vtrum clara mingatur et post quietem turbetur ^{k)} quod praestantissimum. Quidquid autem illud est, quod in matula subsidet, causam certe fuisse oportet, quae morbum fecerat, cum, si cetera respondeant, symptomata a grauitate non parum postea recessant. ^{l)} Dubium autem nullum supereft, febri ipsi, motui que cordis tribui oportere, quod vrinae turbentur et sedimentum ponant, quandoquidem illae, ad rationes motuum febrilium ^{m)} apparent et magnis motibus criticis excitantur, puris ⁿ⁾ exem-

λῆσιν, χρονιστέρα γίνεται ή νῦσος καθ' ἡσσον
ἀσφαλής. HIPP. Progn.

Τὸ μεταβάλλον ἐπὶ τὸ βέλτιον καθ' χέρου,
χρόνιον. HIPP. Coac. Praen.

i) Τὸ παχὺ ἢ ψρᾶτοι παχὺ καθ' μένει
παχὺ, καθίσατοι δὲ καθ' γίνεται λεπτὸν, δη-
λοῖ τὸ μὲν πρότερον ἀκμάζειν, τὸ δὲ δεύτε-
ρον ἄρχειν τὴν διάκρισιν. GAL. de Vrinis.

k) Τὸ λεπτὸν τέμνηται διχῇ: Τὸ μὲν
λεπτὸν ἢ ψρᾶτοι λεπτὸν καθ' μένει λεπτὸν, ἢ
ἀναθολέται καθ' γίνεται παχύ: GALEN.
de Vrinis.

l) Τεκμαίρεται δ' ἐκ τῶν ψρῶν τὸ μέλα-
λον ἔσεσθαι, μὲν γὰρ παχύτερα καθ' ὥχρό-
τερα, βέλτιον. GALEN. in Hipp. de
Diaet. Ac. Morb.

m) Ἀνάλογον τῇ μειώσει τῷ πυρετῷ ή
τῶν ψρῶν πέψις προχώρει: GALENV
Method. med. Lib. 9.

n) Παράδειγμα δὲ τῶν ψρῶν τὰ ἔλκεα
ποιεῖσθαι, τάτε γὰρ ἔλκεα, μὲν ἀνακαθαι-
ρηται πύω λευκῶ, ταχέην θεραπεύην διλοῖ, εἰς
δὲ μεταβάλλει ἐς τὰς ιχώρας, κακοΐζῃ γίνε-
ται, τὸν ἀστὸν δὲ τρόπου καθ' τὰ ψρὰ σημαίνει:
HIPPOCR. de humoribus.

aliquando autem subsideat album
quid et aequale, diuturnior fit mor-
bus et minus sincerus.

Vrinae in melius peiusque conuer-
sae diuturnitatem indicant.

Craffa vrina aut mingitur craffa et
manet craffa, subsidet tamen et fit te-
nus, prius indicat crescere mor-
bum, alterum autem, incipere sepa-
rationem morbidi a fano.

Tenuis vrina diuidi poterit dupli-
ci modo, aut mingitur tenuis et
manet tenuis, aut turbatur et fit
craffa.

Significatur vrinis, quod futurum
est, si enim crassiores et obscurae
magis, melius.

Conuenienter iuxta febrium de-
crementum vrinarum coctio proce-
dit.

Exemplum vrinarum vlcera sun-
to: Illa enim vlcera, quae expur-
gantur pure albo, celarem conua-
lescentiam significant, si autem con-
uertantur in ichorem, maligna fiunt,
eodem modo et vrinae significant.

exemplo, cuius coctio febrem pro causa agnoscit vnice, vt febre extincta ichor malignus oriatur, prout ERASISTRATVS^o) hoc similitudinis argumento, ad vrinarum expositiones eleganter omnino usus est. Quemadmodum ergo, aucta febre, sensim spissescit lotium, ita, obseruante ΑΕΤΙΟ^P) euenire tamen solet, quo, lege contraria, vrinae, ab ineunte morbo statim turbidae, sensim clariores fiant, turbido in nebculam, hac in limpidum, conuersis. Nihil enim in vroscopia ita firmum ac stabile est, vt non, indiuidui temperies, naturae singulare studium, errores in diaeta, medicamenta, semper aliquid noui secum afferant: Sub his, quae dictae sunt, vrinae conditionibus, si cetera paria fuerint, salutem sperare possumus ac solemus. Terrent autem medicos lotia, quae, colore, consistentia, admixtis peregrinis, odore, copia, ab eo, quod salubriter fieri per experientiam constat, abludunt. ^q)

Non

Erasistratus vrinarum sedimenta febrentium, pus esse putat.

-ο) Ἐρασίστρατος τὰς ἐν τοῖς ὕδροις ὑπότάσεις ἐπὶ τῶν πυρεσσόντων, πὺνον ἀνακατέτων. GALENV in Progr. Hippocr. Comin. 3.

-p) Ἐπὶ δὲ τῶν ἀμάνιχυμάνικυντικές εἰξάρχησαν τὸν πυρεσσόντα τὴν ἀγγήνην ὄποιχραν πλῆθος πολὺ; μετὰ τὸ ἄναικα κακόχρυν τὸ χύμα, ὅποι ἔπειτα δὲ, καὶ μετὰ τραχύ πεπτόμενον καὶ λεπτυνόμενον, θεωρήσῃ κατὰ τὸ μέσον τῆς χύματος καὶ ποιῶ τὸ ἐναιώρυμα: ὅταν δὲ ἐπὶ πλέον λεπτυνθῇ καὶ πεφτῇ, ἐφίσατοι ἐπὶ πολὺ τὸ χύματος καὶ ποιῶ τὴν νεφέλην καὶ πλανᾶ τὰς ἴδιωτας, ἀδιάπολαζοντας, ἐπὶ τῷ χάρον προβαλλεῖν τὴν νόσον:

AETIVS Tetrabibl. I. Tisi. V. λ.

Si crudi humores fuerint, statim in vroscopi vasis fundum subsidet magna quantitas: postquam vrina tota obsoleti coloris fuerat, breui tempore costa et attenuata conspicitur in medio vrinae loco, et facit enaeorema; postquam autem plus attenuata fuerit et costa, in summum vrinae locum eleuatur valde, et nebula facit et fallit ignorantes, vt suspicentur in peius procedere morbum.

Vrinae malae hae sunt, virides, liuiae, nigrae, sanguineae, admodum crassae, rufae, rufae valde crudae, rufae et tenues et nullum sedimentum habentes, et pingues et oleosae, et superantes copiam potus.

B

Ta

q) Οὐρα πονηρά ἔσι ταῦτα, χλωρὰ ἡ πελιδνή, μέλαινα, αἷμαστῶδη καὶ λίαν παχέα καὶ πυρρά, τὰ πυρρὰ λίαν ἀκρατα, τὰ πυρρὰ καὶ λεπτὰ γηραιόμενάν τοιοσασιν ἔχοντα καὶ λιπαρά καὶ ἐλαῖωδη καὶ ὑπερβαλλούτα τὸ πλῆθος τῶν πηομένων. GALEN, de Vrinis.

Non admodum sincerae sunt sanguinei coloris vrinae,^r) nec nigrae placere possunt,^s) nihil tamen officiunt, si illae penes plethoricos hae apud ictericos, obseruantur. Ast nigrae omnes, siue in nebula, siue in sedimento tales fuerint, ob gangraenae metum, tum in chronicis cum in acutis, spem fere deiiciunt.^t) Desperata fere etiam salus est, si intra morbos acutos, vrina fluat aquae similis^u) sisticulofo aegro,

Τὰ δυσώδη σήψιν καὶ τὸ σάματι νέκρωσιν μελλόσαν δηλοῦ. GALEN. de Vrinis.

Ἐναιώρημα μέλαν, ὑπόσασις μέλανα, σύμπαν ζοφῶδες ὀλέθριον ὑπάρχει, καθάπερ ἡ καὶ κρημώδη τινα ἡ πεταλόδη κατ' ἄντο φαίνητο, καὶ τὸ δυσώδες ιχυρῶς καὶ τὸ λαπάρον ὅπερ ἐλαῖωδες ὄνομαζεσι, μεγάλως καθηματος γνωρίσματα. Ib.

^r) *"Ερυθρον ὕρον ἔσιν ἐξ ἀιματος ιχυρωδείας: ἐπὶ δὲ τῶν συνόχων πυρετῶν ἐπὶ πλήθει αἱματος συνιτακένουν ἐκκρίνεται ὕρον ἐρυθρόν:* AETIVS Tetrabibl. I. Tract. V. λγ.

^s) *Τὸ μέλαν χρῶμα προσγίνεται τοῖς ψροῖς, ἐκκαταρομένη τὸ μελανολικὴ χυμός:* AETIVS Tetrabibl. I. Tract. V. μδ.

^t) *Νεφέλων πελῶνοι, μέλαναι καὶ ζοφῶδες, ποκίλαι, διεσπασμέναι, πανκράτ.* GAL. de Vrinis.

Ολέθριον δὲ ἐσὶ τῶν ὕρων τότε μέλαιναν τὴν ὑπόσασιν ἔχον καὶ τὸ μέλανον, καὶ τὸ χαλκῶδες, γουσειδές. HIPP. Praenot.

Τὸ πυῶδες καὶ τὸ μέλαν ἀιματῶδες κακὸν σὺν πυρετῷ. HIPPOCR. Coac. Praenot.

^u) *Κάκιτον ὕρον, τὸ ἔκλεικον.* HIPP. Coac. Praenot.

Λευκὸν καὶ καταχρόμενον διαφανές ὕρον πονηρὸν, μαλισκὴ ἐν φρενιτικοῖς ἐπιφανετοῖς; πονηρὸν δὲ καὶ τὸ μετὰ πότη ταχέως διαρρέμενον. Πονηρὸν δὲ ἐν τοῖσιν ὅξεσι τὰ χλωιώδεα μὴ ἐπὶ χροῖ ἔοντα. HIPPOCR. Coac. Praen.

Foetida (lotia) putredinem et in corpore corruptionem fore, significant. Enaeorema nigrum, sedimentum nigrum, omne id tenebricostum, existiale est, si etiam grumosa quaedam et foliacea in ea (vrina) appareant, et foetidum valde et pingue, quod oleosum appellant, magni morbi sunt indicia.

Rufa vrina est ex sanguine ichroso; in Synochis autem febris a multitudine sanguinis ortis, excernitur vrina rufa.

Niger color accedit vrinis, expurgato melancholico humore.

Nubeculae plumbei coloris, nigrae et tenebricofae, variae, diuulfae, mala. Pernitiosa est inter vrinas ea quae nigrum sedimentum habet et nigra et grandinosa, geniturae similis. Purulenta et nigra, sanguinolenta, mala, cum febre.

Pessima vrina, albida.

Alba, et quae pellucida effunditur, vrina, mala, maxime in deliriis, apparet, mala autem etiam, quae post potum subito mingitur, mala etiam in acutis pallidae, colore non seruantes.

Ovra

et statim a potu lotium fundente liberalius.^{x)} Vitae enim vim, qua morbidum excoqui oportet, fractam omnino tunc esse, constat^{y)} et globulos sanguinis rubros in serum defecisse significatur; proinde diabetes^{z)} ille febrilis nihil boni denuntiat; Neque proficuum est, vrinas pallescere in chronicis morbis sat multis;^{a)} ast tumores feroci, oborta largiore diuresi caue simpidiore, feliciter expediuntur. Immixta vrinis peregrina, alia quidem, superficiei supernant, pingua, spumosa, aranearum telis similia, et haematosin laesam, ac colligationem pinguis rei nutrientis designant;^{b)} alia vero penitus immixta sunt, turbida,

nec

⁷ Οὐρα διάφανα, λευκὰ πονηρά. HIPPOCR. Aph. Sect. V. Addit GALENV.

^{x)} Οὐρου πονηρού τὸ μετὰ ποτὸν ταχέως διαβύμενου. HIPP. Coac. Praen.

^{y)} Τῶν λεπτῶν γυνομένων ὥρων ἀπεπτού διλήτοι τὸ νόσημα: GAL. Comm. 4. in Hipp. de Diaeta Morb. acut.

^{z)} Ο καλύμενος ὕδρωψ ἐς ἀμίδα, τινὲς δὲ διαβύτην ἀντὸν ὄνομάζεσθαι, ἄλλοι δὲ διάρροιαν ἐς ὥρα: GALENV de Causis Morborum Lib. 2.

a) Τδατῶδες δὲ καὶ λευκὸν διατελέως καὶ χρονίσιας δύσκριτον γίνεται, καὶ ἐκ ασφαλές: HIPP. Coacae Praen.

b) Καὶ τὰς λιπαρότητας δὲ τὰς ἀνιψιαμένας ἀραχνοειδέας μέμφεσι, ξυντήξεως γὰρ σημῖνα: HIPPOCR. Prognost.

⁷ Ουρον ἀφρᾶδες ή ἀκόνιν καὶ ἀπεπτον. GAL. Comm. 3. in 3. Libr. Prorrh. Hippocr. Τῆς πικελῆς τυκομένης τὰ ἐλαιώδη ὥρα ἐκχρίνεται ἐν ἀρχῇ τῆς συντήξεως ἔθ' ὑδατῶδη οὐτ' ἐλαιώδη ἔσαι, ἐν δὲ τῇ ἀναφάσει ἐλαιοφασμῇ γίνεται, ἐν δὲ τῇ ἀκμῇ τῆς συντήξεως ἔλα δι' ὅλων τὰ ὥρα καὶ ἐν χράματι καὶ ἐν

Vrina alba diaphana, mala.

Vrina mala, quae statim post potum mingitur.

Tenuibus factis vrinis crudus significatur morbus.

Sic dictus hydrops ad matulam, quidam autem diabetem appellant, alii diarrhoeam ad vrinas.

Aquosa et alba vrina omnino in chronicis difficilem crisi efficit nec sincera est.

Et pinguedines illas, quae superstant, aranearum telis similes, culpare oportet, nam colligationis sunt signa.

Vrina spumosa, cruda, non cocta.

Pinguedine deliquescente, oleosae vrinae excernuntur in principio Tabis, deinde aquosae, abhinc oleosae etunt, in progressu autem ipsius olei similitudinem habent in summo

B 2

συγκέντη

nec subsidentia, ut iumentorum lotum vrinae tunc referant^{c)} quae, si sine motu critico, in ipsis febrium, sua natura pluribus diebus iudicandarum, primordiis^{d)} apparent praecocius, non possunt non dubium morbi euentum praedicere: A solidis quidpiam reuelli, grumosae^{e)} vrinarum subsidentiae designant: Timent etiam medici, si stillae cardentes cadant,^{f)} sique, nescientibus, vrina fluxerit,^{g)} ferè desperant. Sapienter autem HIPPOCRATES monet, vrinas, uti ad totum hominem spectant, ab illis, quae renum ac vesicae statum morbosum declarant, dignoscendas esse quam curiosissime.^{h)} Arenaes subsidentes, renum et vesicae lithias in de-notant, si dolor accedit.ⁱ⁾ Pingues vrinae renum ac vesicae vasa aliqua

συνάστει οἷον ἔλαιον ἀσίν. AETIVS Te-trabil. I. Tract. V. λθ.

c) πλαχὺ ψρύμενον οὐδὲ μὴ καθισάμενον οἶον ἐσὶ τὸ τῶν ὑποζυγίων, ταραχὴν ἐν τοῖς χυμοῖς (σημαίνει.) AETIVS Te-trabil. I. Tract. V. λδ.

d) Ὅυρα ἐξαιφνῆς παραλόγως ἐπὶ ὄλιγων πεπανόμενος φλαῦρα, οὐδὲ ὄλως τὸ παραλόγως πέπον φλαῦρον. HIPP. Coac. Praenot.

e) τὰ κριμώθη σύντηξιν ισχυρὰν τῶν τερεῶν σημαίνει. GALEN. de Vrinis.

f) Ὅυρα ἐπίπονα πονηρὸν, οὐδὲ τὰ μετρὰ ἐπιφαίνεται, οἷον τάξις. HIPP. Progr. I.

g) τὰ ψρύμενα μὴ ὑπομνησάνταν, ὄλεθρα: HIPP. Coacae Praenot.

h) μὴ ἐξαπατάτω δέ σε ἦν γε ἡ κύσις τὴν νύστημα ἔχεσσι τῶν ψρῶν τὰ τοιαῦτα ἀποδιδὼ, γὰρ τὰ ὄλη σώματος σημῶν ἐσὶν ἀλλ' ἀντῆς καθ' ἔαυτῆς. HIPP. Progn.

i) Οἷσιν ἐν τοῖς ψροῖσι ψεμμάδεα ὑφεσταται, τυτέοισιν ἡ κύσις λιθιᾶ. HIPPOCR. Aphor. Sect. IV. Addit GALENVS. Όν πάντως ἡ κύσις ἀλλ' ἐνδέχεται οὐδὲ φρέσκος ἐν αἴφορισμός.

autem tabis statu vrina, tota quanta, et colore et consistentia instar olei est.

Crasca vrina nec consistens, qualis iumentorum, turbas in humoribus significat.

Vrinae statim sine manifesta causa paucis (motibus criticis) coctae, mala, et omne, quod sine ratione subito perficitur, malum

Grumosae vrinae colligationem validam solidorum significant.

Vrinae laboriosae mala et quae parcae apparent, instar stillarum.

Vrina non aduertentibns mala.

Ne autem te fallat, si vesica morbum habens eiusmodi vrinas edat, non enim totius corporis signum tunc sunt, sed ipsius in se ipsa.

Quibus, in vrinis arenosa subsident, illis vesica calculo laborat: addit GALENVS:

Non tantum vesica, sed etiam renes complectitur aphorismus.

aliqua diabrosi^{k)} laesa esse innuunt, dum dolor^{l)} et admixta varia viarum vrinariarum ramenta, id uberioris designant. Abrasae et sanguini ac puri immixtae squamulae^{m)} aut detritum instar furfuris, vesicae porriginem,ⁿ⁾ pingue foetidum vrinae innatans,^{o)} fila longa et carunculae lotio immersae,^{p)} renum vlcus, indicunt: Sunt et alia, quae

renum

*k) Ην αἴμα ἢ πύον ψρέῃ, τῶν νεφρῶν
ἢ τῆς κύσεως ἔλκωσιν σημαίνει: HIPP.
Aphor. Sect. IV. Addit GALENV.
Μετὰ ἀναβράσεως αἷματος ἔκμιστις ἐπακα-
λεθῇ.*

*l) Ην αἴμα ψρέῃ καὶ θρόμβως καὶ τραχυ-
γυρίν εἰς καὶ δύνη ἐκπίπτῃ ἐξ τὸῦ υπογά-
στρου καὶ τὸ περιτοναιόν, τὰ περὶ κύσιν πο-
γέν: HIPPOCR. Aphor. Sect. IV.*

*m) Ην αἴμα καὶ πύον ψρέῃ καὶ λεπίδας
καὶ ὄσμὴ βαρῖα ἢ, τῆς κύσεως ἔλκωσιν ση-
μαίνει: HIPP. Aph. Sect. IV.
Πεταλώδη μὲν ἐσὶ τὰ τῆς κύσεως ἀπορυπτό-
μενα μόρια, σαρκειδῆ δὲ τὰ τῶν νεφρῶν.
GALEN. de Locis affectis Libr. 6.*

*n) Οκόσοισιν ἐν τῷ ψρῷ παχὺ ἔοντι
πιτυρώδεα συνεξερέεται τύτεοισιν ἢ κύσις
ψωρίζ: HIPP. Aphor. Sect. IV.*

*o) Οκόσοισι δὲ λιπαρὴ ἢ ἐπιτασσις καὶ
ἀφρόν, τύτεοισιν νεφριτικὰ καὶ ὄξεα σημαί-
νει: HIPP. Aph. Sect. VI.*

*p) Οκόσοισιν ἐν τῷ ψρῷ παχὺ ἔοντι
ειρκία σμικρὰ ἢ ὀσπερ τρίχες συνεξέρχονται,
τύτεοισιν ἀπὸ τῶν νεφρῶν ἐκκρίνεται: HIPP.
Aphorisim. Sect. IV. GALEN. addit.*

Οἱ νεότεροι τριχίασιν τὸ πάθος καλοῦσι.

Si sanguinem aut pus mingat, renum aut vesicae vlcus significat.

Post erosionem sanguinis fluxus sequitur.

Si sanguinem mingat aut thrombos et ardorem vrina habeat et dolor incidat in hypogastrium et peritonaeum, quae circa vesicam sunt, laborant.

Si sanguinem et pus mingat et squamulas et odor grauis sit, vesicae vlcus significat.
Foliosae quidem sunt a vesica detritae partes, carnosae autem, quae a renibus.

Quibus in vrina crassa, furfurea simul minguntur, illis vesica porragine infestatur.

Quibus pinguis in superficie lotii apparitio et frequens, his renum morbi acuti indicantur.

Quibus in vrina crassa carunculae paruae veluti capilli una egrediuntur, his ex renibus egreditur.

Recentiores Trichiasin seu mictum capillorum hunc morbum vocant.

renum inflammationem, quae vias vrinarias vlcere exeras designant, lotia, quorum significandi valorem ἐλληνικότατος ille RUPHVS EPHESIVS ita exposuit, vt, post illius sententias⁹⁾ verbis haud opus sit. Non autem tantum colore, contentis, fluendi modo, et sensu, quem aeger abinde percipit, malam rem vrina significat, sed etiam tarditate sua, qua turbari recusat, inertiam febris prodit; id quod vario modo

q) "Οσοις δὲ ἔμπυοι δι νεφροὶ γίνονται, οἷδι μέντι οὐδὲ ἔξογκαι περὶ τὰς κενεῶγις, ἀτὰρ οὐδὲ καῦμα ισχυρὸν ἔνεστι ἐν τοῖς νεφροῖς, οὐδὲ ὑρεσι πυρρὰ οὐδὲ ἄχρατα, οὐδὲ ἀν οὐδύνων οὐκέτι μὲν δέξαια ἔισιν ἡς πρόσθεν, βαρυτέροι δὲ οὐδὲ σφύζεσσι, δι πυρετοὶ ἢ καθεστῶτες ἀλλὰ πεπλακυμένοι γίνονται οὐδὲ ρηγώδεις; οὔτοις ρήγνυνται τὰ μὲν πολλὰ ἐπὶ κύσι, οὐδὲ ἔσιν ἀυτῇ τῶν ρήγεων ἡ κρατίτη, ποτὲ μὴν οὐδὲ ἐπὶ ἔντερου ρήγνυνται, τάυτη κορυφώσαντος τῷ ἔμπυοι ματος οὐδὲ σαπέντος; Πραξάγορας δὲ ἔφη; τοι τὸ ψρον διὸ τῆς ἔδρας ἔδειν ἐκκρινόμενον οὐδὲ βιῶναι μὲν τῶντον ἔτι δέδεκται: "Αλλοις δὲ ἐπὶ τὰ ἔξω ρήγνυται, παρεξιὸν τὸν κενεῶγι, οὐ πληρώσαι ἀνάγκη πύε τε οὐδὲ ὑρε, οὐδὲ ἀυτῇ μένειν. Χρόνος δὲ βιασάμενος ἡς τὴν ἔδραν ἥκειν οὐδὲ τάυτη δένειν ἔξω, τοῖς δέ τισιν ὡδὲ ρήγνυνται, ἔφελει ἐκ τῶν νεφρῶν, ἀλλ' ἀυτῇ μένειν, χρόνον πολὺν: "Εἰ τ' αὖ οὐ διακαύσῃ οὐ ἀλλον τρόπον ἀποτομῶσῃ: ρηγένται δὲ ἐπὶ κύσιν: Τὰ μὲν πρῶτα μυξοποιά τε οὐδὲ ἀιματώδη ὑρεσι, ἀσπερ ἐκ τινὸς, οὐδὲ ἐπέρετο τομῆς ἔμπυοι ματος, ἔπειτα κατὰ λόγον τῶν ἐλκῶν, εἰ μὲν τὰ ἐλκη πονηρέυοιτο, οἷα οὐδὲ ἐπὶ τοῖς ἀλλοις ἐλκεσι συπομένοις πολλάτε οὐδὲ δύσσομα οὐδὲ πελικα οὐδὲ μυξώδη: Καί τινα οὐδὲ σαρκια παραμένη ὅποια ἵνες ἀπέρχεται. RUPHVS Ephes. de Vesicae Renumque affectibus c. 8.

vlceribus putridis, multa foetida et liuida et mucosa et quaedam carunculae minutae, instar fibrarum, abscedunt.

Quibus purulentii sunt renes, non tantum aliquid protuberat circa lumbos, sed etiam aestus renibus inest plurimus, et mingunt rufa et cruda, nec dolores quidem, quales ante, acuti sunt, sed grauatiui et pulsantes, febres non stabiles, sed errantes sunt et horridiusculae: His quidem ut plurimum pus ad vesicam erumpit, et haec ruptura omnium praestantissima, aliquando tamen etiam ad intestinum rumpitur, si illuc fastigiatur et putredine transuestus abscessus fuerit. Praxagoras ait, se cuidam lotium anno effluens vidisse, eundemque adhuc duodecim annis superuixisse. Aliis autem extus rumpitur, iuxta Ilia transiens, quae repleri oportet pure et vrina ibi manentibus, et tempore, prouectum ad anum, procedere et ibi foris ire: Quibusdam rumpit recusat sed longo tempore manere amat donec vel exsiccatur vel absorbeatur alio modo. Quodsi ad vesicam proruperit, pure mixta et sanguinolenta mingunt, veluti quodam alio abscessu inciso: Deinde ad vlcerum rationes, sicubi vlcera folidata facta sunt, talia, qualia inlae minutae, instar fibrarum, abscedunt.

modo euenire solet; Aut enim fanae similis vrina manet, quamvis aetas morbi prouectior aliquam mutationem postulet, quod signum fallax multos saepe inducit, vt omnia in vado esse et prope litus nauigari arbitrentur, cum causa mali humoribus ac solidis firmiter inhaeret et vires separandis morbidis tunc non sufficient, aut, quod proprio significatu τὸ ἀκατάσατον¹⁾ in vrinis dicitur, opaca et subcrassa vrina non subsidet, sed sublimamentum aliquod est in medio fluidi suspensum, quod fundum non petit; vnde intelligas similiter, in sanguine crudum a nexu suo cum laudabilibus succis exsolutum nondum esse; Id quod equidem mirari neminem decet, si contumax sua natura morbus est, vti ex *continuis* haud paucae, decimum saepe quartum diem sine vllis coctionis sufficienter peractae signis transire sinunt, donec, nouis ortis motibus criticis, quos secundarias febres appellari fas est, tandem consequatur, quo sedimentum decidat. Serotini istius secessus nocentis rei, cuius argumentum vrinae produnt, causa, tum aliae, tum illa esse solet, quod aliae excretiones id agendum in se suscepint, cuius gratia vrinae turbantur: Saepe sudores hauriunt omnem morbi materiem, saepe aluinae deiectiones vrinas mutari non sinunt, et *illud* quidem excusabile omnino est, cum sudores saepissime vrinarum vices gerant, hae illorum defectus suppleant, *hoc* autem semper male euenit, vt aluus fluat, quo tempore vrinas turbari fas est. Haud enim ita comparatum est in morbis, vt perinde sit, quacunque via aliquid fluat,

1) Τὰ ἀκατάσατα ὥρα ἐναιωρέουμενα μὴ καθισάμενα. GALENVS Comm. I. in Hippocr. Prorrh.

Vrinae haud subsistentes, cum sublimamento turbidae, nec deiectae.

Μὴ καθισάμενα ὥρα, ὅταν ἐναιώρυμα μετέωρον ἡχ' ἔδρυτο. HIPPOCR. in Libr. Epid. passim.

Non subsistentes vrinae, quando sublime illud pendulum non deiicitur.

fluat, sed habent humores suam versus dedicata sibi organa destinationem certissimam, ut difficile sit surrogari alia; medico certe non licet emunctoria pro lubitu diligere, aliumque imprudentius, in febre vrinis iudicanda, solicitare, cum certum sit, hoc errore, et diaphoresin⁵) et diuresin criticam intercipi.

οὐ τικαίστεις κατὰ κοιλίην, τὰ γράμματα πεπαίνεται ἀλλ' ἄνιδρος τε καὶ ἀκριτος δὲ πυρετὸς ἐπὶ πολὺν χρόνον ἔσῃ. ΗΙΡΡ. de Viectu acutorum.

Si quid moueas in ventre, vrinae non coquuntur, sed sudore vacua et non iudicata febris erit longo tempore.



~~vgl. 225, 4 ff.~~

Path. gen. 8179

